



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Simeon Conf. 1. lunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**



## S. SIMEON CONF. I. JUNY.

**S**IMEON Siculus, adoratis , quas Dei Filius sa-  
cravit, regionibus , ad amorem paupertatis,  
quam omnia ejus vestigia spirant, exarst. Iura san-  
ctitatis eum Anachoretes docuit , vel semel .exer-  
rantem

Iunij. VITÆ S A N C T O R V M . 273  
ranrem in feminas oculum gravi oratione ad officium revocatus. Ab eo denique manumissus loca plura magnis virtutibus nobilitavit. Subinde in piratas incidit, nihilo mitiora comitibus occisis passus, ni salientem de puppe petumque telis divisa ror texisset. Tandem delatus Trevitos, speculam sibi in turris fastigio elegit, quam expugnare orcus aggressus, suas in Christianum Herculem hydras, & omne monstrorum genus nequidquam armavit. Stultius strategema fuit, cum perditi tenebriones, nescio quos, fatuos ignes radiosque rugosus ejus infunderent; sed ille fanaticam lucem oculis non admisit, solem suum mortuo sibi oriturum dictans: dæmones, elusis artibus suis, auxilium ab hominum malevolentia petunt, qui noxiā aquarum inundationem sceleribus ejus imputare ausi, convitiis saxisque in caput innocentis sunt griffati. Stationem tamen non ante desertit, quam illum celi Imperator evocaret an. M. XXXV. Corpus ejus exanime prodigioso sudore immaduit. Quis arduam neget ad cælum viam, in qua etiam his eusores, & quidem post mortem, sudant. Ex Surio.  
Beatus, qui omni spe rerum hujus mundi seipsum orbauit, ac in solo Deo omnem spem fixit atque locavit suam: sicut enim execrandus est ille homo, qui spem suam positam habet in homine, ita omni laude dignus, qui ex Deo totus pendet. S. Bas. Orat. 7.

SS. MARCELLINVS & PETRVS  
MM. 2. Iunij.

Nihil agis impietas; Christi servus etiam inter vincula liber est, insultabit Archemius  
M. 5 PETR.